570

Feria Sexta in crastino Festi Sancti Mathiae Apostoli Anno

26/II Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Secundo.

Jaworska Filio Suo Obligat.

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Nobilis Anastasia de Chlopczyce Nobilis olim Petri Jaworski Consors derelicta Vidua. Sana mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Juribus

Jurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesentique vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi

997 Jurisdictioni, quo ad actum hunc attinet, se, cum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter ac plenarie incorporando atque subjiciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipsa Bona sua propria et haereditaria infrascripta, Videlicet Sortem Certam Zelidkowska dictam, inter metas Truszowska ab Una et Zoldkowska nuncupatis parte ab altera, in Bonis Villae Chlopczyce, Terra et Districtu praesenti Praemysliensi iacentem et consistentem. Cum omni praemissorum Jure, dominio, proprietate, tituloque obligatorio, cum omnibus et singulis eorundem bonorum Sortis praefatae Utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, commodis, emolumentis, obventionibus attinentiisque et pertinentiis generaliter Universis. Nihil ex praemissis Juris, dominii, proprietatis, ac cuiusvis Competentiae et prerogativae sese Recognitae, suisque Successoribus aut quopiam alio reservando, seu excipiendo, Verum ita late, longe, circumferentialiterque, prout eadem bona

3b

Sortis praefatae ipsamet Recognoscens tenuit, habuit, et possidebat,
ipsamque concernebant, ac eidem legitime serviebant; Iam
extunc et de facto Nobili Maximiliano Jaworski, filio
Recognoscentis Filio, eiusque posteris, in Summa Quingento-
rum florenorum polonicorum, hinc et a Festo praesenti ad Festum
Conversionis Sancti Pauli Apostoli post Triennium pro-
xime Venturum incidens, et in defectu extunc eorundem
Bonorum Sortis memoratae Exemptionis, Summaeque
memoratae Quingentorum florenorum polonicorum totalis et integrae
realis persolutionis, extunc de Triennio ad Triennium,
Festo ad Festum, in simili die et Festo Conversionis
Sancti Pauli Apostoli sese determinantibus, Trienniis
et Festis sese continue et immediate sequentibus usque
ad Exemptionem bonorum eorundem Sortis memoratae, Summaeque
praefatae totalis et integrae realem et effectualem persolu-
tionem obligavit, inscripsit, et invadiavit, prout obligat,
inscribit, et invadiat praesentibus. In quae quidem bona
supra Sortis memoratae, Omissaque omnia praesentibus praescriptis
obligata et invadiata, iam extunc et de facto eadem Recognoscens
Nobilis Anastasia de Chlopczyce Jaworska, praefato Nobili Ma-
ximiliano Jaworski Filio et obligatario suo, eiusque posteris
coram Officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem
et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem quemcunque
competentem, et Nobiles duos die quacunque voluerint
officiose accipiendam, per ipsum obligatarium suum, ipsiusque
posteros, hoc ea bona Omissaque omnia praesentibus invadiata
cum Universis eorum Utilitatibus et Usufructibus attinentiisque
et pertinentiis generaliter omnibus tenendum habendum et possidendum
Usque quiete, et pacifice utifruendi, ac ad usus suos
suorumque fructuum quosvis beneplacitos libere, et

572

conveniendi, modo ac iure obligatorio. Debet et tenebitur

narrata Recogns, qui se, ac suos Successores, in et sup bonis

suis generaliter omnibus, Summisque pecuniarum quibusvis ha-

bitis et habendis, eidem Supto obligatorio suo, inscribit et

obligat, praesenti, ipsum et eius Successores in dictis bonis, praemissisque

omnibus praesentium per se Recognoscentem inuadiatis, et ratione

eorundem omnium, ab omni eo quavis impetitione uni

dica quarumcunque personarum, cuiuscunque conditionis, Status

et Sexus cuiusuis existentium ex occasione praemissorum modo

quovis exorienda, in omni Iudicio et Officio Regni semper

toties quoties opus fuerit tueri, defendere, evincere, in

tercedere, et eliberare, indemnemque eum penitus reddere

necnon hodie eaque bona praemissaque omnia praesentium per se Recognoscentem

obligata et inuadiata, ab omnibus in genere Iuribus et

Inscriptionibus prioribus et posterioribus super praemissa omnia

modo quovis cuicunque personarum factis et faciendis, tum

etiam a quibusvis Citationibus, super eaque bona suprascripta

modo quocunque importatis et importandis, Lucris denique

et perditis, Processibus Iuris quibusuis in quocunque

puncto et gradu Iuris dependentibus, et in quovis Iudicio et

Officio Regni obtentis et obtinendis, ac super praemissis

omnibus praesentium obligatis modo quovis perductis et per

ducendis, emundare et eliberare, mundaque et libera semper

facere, ac etiam Intromissionem praefatam, coram Officio

praesenti admissam in fundo bonorum eorumque praesentium inuadia

torum, dum per Ministerialem competentem, et Nobiles duos

officiose requiretur non denegare, imo debebit et

tenebitur eandem libere dare et effectualiter admit

tere, dataque et admissa eaque possessionem et Vsumfructum

praemissorum omnium praesentium inuadiatorum quovis modo,

tam per se, quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non impedire, nec adimere, ipsumque obligatarium suum, et illius posteros, in praemissis omnibus praedictis obligatis nullo modo iniuriari, ita ut haec eadem bona praemissaque omnia praesentibus inscriptionibus mediante, idem obligatarius suus, cum suis posteris quiete et pacifice, praedicto inscriptionis obligationis vigore tenere, habere, possidereque possit, illisque uti frui valeat, usque ad exemptionem bonorum eorundem, summaeque inscriptae totalis et integrae realem ac effectivam persolutionem. Idque sub vadio simili summae quingentorum florenorum polonicalium, per eandem recognoscentem, suosque successores, supradicto obligatario suo, ipsiusque successoribus ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte, toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo, pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succumbito, ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda citata ex nunc inscripta recognoscens nobilis Anastasia de Chlopczyce Jaworska, suique eiusque successores ad instantiam praefati nobilis Maximiliani Jaworski filii et obligatarii sui, vel eiusque successorum ad officium praesens castrense capitaneale Premisliense, ex tunc vice sui supradicto, quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare, iuri parere, respondere, vadium praefatum luere, inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causae eiusque terminos semper peremptorios, vera infirmitate, maiori minorennitate successorum, legatione inscripta vel expeditione

Regnum, Servitio militari, ad Munimenta, ad Evictam vel alys quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem praeterea Utraque primos Officy praefati Castren Capitanealis Premysliensis Terminos, dilationem sibi non recipiendo nullasque Motiones, Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus, Suspensionibus fatalys Juris, exemptione Terrestri, bello Conventione neque ac alys omnibus Juris remedys et defensis non subterfugiendo, nlamodo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Eadem Bilinskiey Filie sue Obligat.

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castren Capitanealibus Premysliensibus Nobilis Anastasia de Chlopczyce, Nobilis olim Petri Jaworski Consors derelicta Vidua. Sana mente et corpore existens, à Terris

990 Dctibus, Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castren Capitaneali Premysliensi Jurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet se, cum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter ac plenarie incorporando atque Subycienda patam, libere, publice, ac expresso praesum recognovit. Quia ipsa Bona sua propria et haereditaria infra scripta, videlicet Zagrode Miednikowską wszerz od miedzy Zolądkowskiey do Miedzy Michalikowskiey, z budynkiem, z ogrodem ibidem sitis